

ipsum fecisse dicitur David in Sallis exequiis. Hanc rem esse causam vestis in eo articulo ab Eliseo disrumpæ, non quia videret sibi ab Eliâ ipso digressu de pallio provisum. Ut quid enim homo inops pallium perderet, quod fratribus egenis integrum usui esse poterat? Rupt itaque pallium, vel ut plium pro parente sublato dolorem ostenderet, vel ut suo sibi dolori, ab illo familiari tegumento nudus satisfaceret.

VERS. 15. — ET LEVAVIT PALLIUM ELLE QUOD CECIDERAT ET. Spiritum accepit prophetalem Eliseus ab Eliâ pallio lib. 3, c. 19, quod videtur primum initiatus et quasi inauguratus ad prophetale munus, cum eodem pallio nunc duplicatum accepit spiritum, et quasi alter creditur ad seipso. Neque jam videtur Eliseus, qui ante, sed Eliâ, in quem videtur repente transformatus, utpote novis jam idoneus intelligentiis, et miraculorum patrorum egregius. Neque fortuito cecidit Eliâ pallium, quasi illud in discussa ascensuque ignei currûs, minus servasset propheta diligenter, sed magno Dei consilio, ut pignus haberet Eliseus dati sibi spiritûs, et quoties pallium videret Eliâ, parentis sui subiret memoria, et seipsum ad illius exprimendam imaginem incitaret. Quod optimum religiosissimorum documentum est, qui ubi primum religiosum institutum amplexi sunt, suos debent mores prorsus exueri, et illos in seipsis ad vivum exprimere, quos informant illi, quorum gestant habitum, et quos habent in novo vivendi genere duces et magistros.

VERS. 14. — PERCESSIT AGUAS, ET NON SUNT DIVISE (1), ET DIXIT: UBI EST DEUS ETIAM

(1) Sic et Sept. Hæc tamen verba desunt in Hebr. et Chald., sed subintelliguntur: idè enim Eliseus secundo percussit aquas, quia prima percussione non fuerant divise. Noluit enim Deus in prima aquas dividi, ne novus propheta Eliseus ex patratu miraculo superbiat de novo suo spiritu, sed pro precibus ad Deum recurreret; porsus ut sciret se hanc aquarum divisionem, ceteraque miracula secuturam non suis, sed Eliæ meritis obtinere. Ita Abul. et Cajetan.

Ubi est Deus Elie etiam nunc? Hebr. et Sept., etiam ipse, qui scilicet semper idem est, fidelis, omnipotens, et servos suos se invocantes exaudiens. Non quod Deum putaret absentem, sed quia presentiam ejus in beneficiis requirebat, ait S. Ambr. in psal. 57. Unde Chald. vertit: Suscipe petitionem meam, Domine Deus Elie etiam ipse. Hoc est primum Elisei miraculum, scilicet quod pallio Eliæ percussit Jordanem, cum dividerit et sicco pede transferit. Nota pro, etiam ipse, Hebr. est, aph hu, quam vocem Hebræam retinet Septua-

nunc? Percusserat supra Eliâ Jordanis aquas pallio suo, atque ita dividerat ut siccum reliquerit alveum ad transmissionem expeditam et ginta, virtutisque ~~æquo~~ (quam proinde perpetuam Theodor. accepit ut Græcam, veritatem occultam), quasi illud sit nomen proprium Dei. Dei enim nomen est illud: Ipse est qui fecit nos, ipse fecit cælum et terram, ipse est Dominus Deus noster; hu enim derivatur ab hebra; quare idem est quod Jehova, sive ~~je~~, id est, qui est, Exodi 3, v. 6. (Corn. à Lap.)

Eliseo vrit le manteau qu'Elie avait laissé tomber. Il en frappa les eaux, et elles ne furent point divisées. Alors il dit: Où est maintenant le Dieu d'Elie? Naturellement il vient dans l'esprit que ce fut par une espèce de défiance qu'Eliseo, voyant que l'eau du Jourdain ne s'était point retirée, lorsqu'il l'a frappée avec le manteau que son saint maître lui avait laissé, s'écria: Où est maintenant le Dieu d'Elie? Mais ce

n'est point la manière dont les interprètes et les Pères même l'ont expliqué. Car ils témoignent que Dieu n'ayant point voulu lui accorder si promptement ce miracle, pour empêcher qu'il ne se glorifiât peut-être de ses grands dons, et qu'il ne se les appropriât en quelque sorte, au lieu de les rapporter à leur principe, il se sentit obligé d'élever son cœur vers celui de qui découlent toutes les grâces différentes sur les hommes, et qu'ainsi, lorsqu'il s'écria: Où est maintenant le Dieu d'Elie? ce n'était pas, comme le dit saint Ambroise, qu'il eût que le Dieu d'Elie fût absent, mais qu'il témoignât par là désirer qu'il voulût bien lui faire sentir sa présence par ce miracle qu'il lui demandait. Non quod putaret absentem, sed quia presentiam ejus in beneficiis requirebat. Et l'on peut bien ajouter sans doute à ce que dit saint Ambroise, qu'Eliseo pressa le Seigneur de lui accorder cette grâce, afin qu'il parût à tous les disciples des prophètes qui le regardaient de loin, qu'il était véritablement l'héritier des dons d'Elie, et que ce serait par la vertu de son esprit, ou pour mieux dire, par la vertu de l'Esprit de Dieu, qu'il opérerait tous ces prodiges, comme c'était par l'attouchement de son manteau qu'il prétendait obtenir que l'eau du Jourdain se divisât et lui ouvrir un passage. Car c'est ce qu'il semble qu'il est assés de juger par la suite du texte sacré, qui dit que les enfants des prophètes l'oyant va passer ainsi le Jourdain, dirent: L'esprit d'Elie s'est reposé sur Eliseo. Ainsi, bien loin que ce cri qu'il fit pour demander où était le Dieu d'Elie, fût une marque de son peu de foi, il devint plutôt une preuve de sa grande humilité. Quant à ce que dirent ces disciples des prophètes, que l'esprit d'Elie s'est reposé sur l'esprit d'Eliseo, saint Augustin dit fort bien qu'on ne doit pas l'entendre grossièrement, comme s'ils avaient cru que le propre esprit d'Elie l'eût quitté pour venir remplir Eliseo, ce qui est extravagant à penser, mais que l'Esprit-Saint, qui avait agi par le ministère d'Elie, agissait alors par Eliseo, sans néanmoins quitter l'un pour animer l'autre, et sans être moindre dans Elie, pour s'être communiqué à son disciple, puisqu'étant Dieu, il peut être en tous autans qu'il le veut, selon la mesure de la grâce qu'il leur donne. (Sacy.)

facilem; hoc idem tentavit Eliseus ut experimento disceret spiritum Eliæ duplicem sibi fuisse concessum. Quare eodem quo nuper Eliâ pallio percussit Jordanis aquas, quæ tamen divise non sunt, vel quia curiosè, quid sibi fieret à Domino concessum explorare voluit, vel quia insolentius sibi ipsi de duplicato spiritu blandiebatur. Quare subindignans, quod res non sibi successisset ex voto, et de Deo potius quam de Eliâ, conquestus, quod parentis fidem non liberasset, à quo pater instinctus duplicem promisisset spiritum; ait: Ubi est Deus Elie etiam nunc? id est, cur Deus, qui Eliæ adfuit, divistque Jordanem attacko pallii, qui fidelis fuit Eliæ, ad hunc usque diem, nunc etiam non est, neque talia mihi prestat, qualia præstitit hinc usque parenti?

PERCESSITQUE AGUAS, ET DIVISE SUNT. Admonitus jam eo rerum eventu Eliseus suarum non esse virtum aquas dividere, et dimissus de se quam ante cogitans, percussit iterum aquas, quæ divise sunt; et sicut antea cum Eliâ, sic etiam postea solus sicco vestigio ad ulteriorem usque ripam evasit.

VERS. 15. — REQUIEVI SPIRITUS ELLE SUPER ELISEUM. Cum filii prophetarum qui habitabant in Jericho, quique secuti Eliam et Eliseum non procul à Jordane subsiterant, viderunt Eliâ pallio vestitum Eliseum, et in eo parentis imaginem, facile sibi persuaserunt parentis spiritum in filio concessisse, et illum pro Eliâ parente atque magistrum fuisse susceptum. Quam cogitationem confirmavit magis Jordanis miraculosa trajectio, et eodem modo siccatum ab Eliseo fluminis alveum, quo paulo ante fuerat ab Eliâ. Quare omnes prompti atque hilares ad terram se venerandi prosternunt. Cùmque parentis optimi desiderio languerent, deque illo etiam Eliseum sollicitum arbitrantur, afferunt illi viros quinquaginta expeditos et fortes, qui omnibus vestigiis indagarent Eliam, et sicubi gentium lateret, illum ad consuetâ sibi domicilia deducerent. Cùmque sæpius ab Eliseo repulsi, urgerent tamen, acquivit illorum precibus Eliseus, neque labor ille tantus aliquid attulit præter lassitudinem et molestiam. Quomodo enim illum invenirent, quem Deus usque ad finem mundi ita latere voluit, ut nemo videret, aut locum nesciret, ubi strum sibi secessum aut latebras haberet? (1)

(1) VERS. 16. — NE FORTE TOLERIT EUM SPIRITUS DOMINI. Eliam perpetuò evanuisse, sibi non persuadebant prophete, putabantque,

VERS. 19. — ECCE HABITATIO CIVITATIS HUIUS OPTIMA EST, SICUT TU IPSE, DOMINE, PÆRSPICIS; SED AQUÆ POSSIBILE SUNT, ET TERRA STERILIS. Erat propè Jericho, ut vidimus, proplectarum collegium, ex quo paulò ante excesserat Eliâ, cujus sedes tum ad alios usus erat opportuna, tum maxime ad divinarum rerum contemplationem, quod prophetis erant proprium et familiarè negotium. Sed illud ad alias commoditates accedebat incommodi, quòd salse crant atque insalubres aquæ, quæ terræ alieniqui ubertatis eximie et felicis glebæ, maciem et sterilitatem invexerant. Quod incommodum si aliquà ratione depelli contingeret, nihil inveniri posse putabatur prophetarum et cenobitarum instituto magis idoneum. Quare orant prophetarum filii parentem Eliseum, cui adèd miraculorum facilitatem concessam esse noverant ex siccato nuper flumine, quod aperto atque arente alveo proxime transierat, ut sanatis aquis, à quibus illius agri proveniebat tam dira calamitas, communi saluti et filiorum commoditati consuleret.

VERS. 20. — AFFERTE MIHI VAS NOVUM, ET MITTITE IN ILLUD SAL (1). Duo hic miracula, illaque

turbinem illum, qui virum rapuerat, in remotissimum aliquem locum Eliam transtulisse, Contigisse interdum videtur, ut propheta eodem impetu transierent. Abdias ad Eliam: Tu dicis mihi: Vade, et dic Domino tuo: Adest Elias. Cùmque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoreo; et ingressus manibùs Achab, et non inveniens te, interficiet me. (Calmet.)

(1) Eliseo leur dit: Apportez-moi un vaisseau neuf, et mettez du sel dedans; il alla ensuite à la fontaine, et ayant jeté le sel dans l'eau, il dit: Voici ce que dit le Seigneur: J'ai rendu ces eaux saines, et elles ne causeront plus à l'avenir ni la mort des hommes, ni la stérilité de la terre. Ce saint prophète commande qu'on lui apporte un vaisseau neuf, et que l'on mette du sel dedans, parce que voulant faire reconnaître la puissance du Seigneur dans le miracle qu'il allait faire, il craignoit que si le vaisseau eût déjà servi, ou s'il avait mis lui-même le sel dedans, on ne pût pas s'assurer si clairement de l'effet purement miraculeux qu'il devait produire, et qu'on ne le soupçonât peut être de quelque espèce d'enchantement. Les saints ont expliqué d'une manière spirituelle ce miracle d'Eliseo. Saint Jérôme dit que cette fontaine figurait la loi, dont l'amertume et l'impuissance ont été comme assainies par la sagesse du vrai Eliseo, qui l'a rendu douce et en même temps féconde. Intuita est et fontem quandam legis amarissimum et sterilem, quem versus Eliseus sua condidit sapientia, et in dulcorem ubertatisque convertit. Mais saint Ambroise fait cette même application d'une manière encore plus édifiante aux gentils. « Cette ville disait il, dont on représente la stérilité à Eliseo, nous

vehementer admiranda conspicimus, alterum sale immisso salsuginosum agrum et salsam aquam temporis momento sanari, et illum reddi uberem et gratum, hanc dulcem et salurem; alterum modico sale occultas aquarum scatebras, quæ in ipsis terræ visceribus erant abstruse, quæ post multos dies, imò et post ætates multas, nunc etiam profluent, eam accepisse virtutem, ut ab agris squalorem et maciem, et à corporibus fastidiosam amaritudinem et ægritudinem expellant. Non dicitur ab aquâ salsâ provenire, et agri sterilitas, et corporum morbus, sed aquæ dicuntur pessimæ et solum sterile; quare ex alio aquarum vitio venire potuit illa agrorum corporumque deformitas, ut quia sulphureæ sunt, aut aliqd aliâ ratione fetentes et graves, aut quia ex locis, quæ permeant, aliquid secum traxere pestilens et noxium, quod agros aut urit, aut corrumpit. Quales plurimæ ab historis naturalis auctoribus traduntur, quæ insalubres reddunt regiones, quas interfluunt et irrigant, aut ineptas semini, aut bestiolas alunt infestas, non solum frugibus, sed etiam hominibus. Quod si ita status, quod Vallesio in suâ sa-

marquait l'Eglise qui étoit stérile avant l'ave-nement de Jésus-Christ, par la qualité mauvaise des eaux, c'est-à-dire, par l'infir-mité des gentils, se trouvaît dans l'impuissance d'engendrer à Dieu des enfans. Mais le même Jésus-Christ étant venu dans le monde, et ayant pris un corps humain, ainsi qu'un vaisseau de terre, à guéri l'impureté de ces eaux, c'est-à-dire qu'il a détruit l'idolâtrie des peuples profanes. Et en même temps l'Eglise, qui avoit été jusqu'alors stérile, a commencé à être féconde; ce qui a fait dire au grand Apôtre, après un prophète, en s'a-dressant à l'Eglise même: *Régionez vous, stérile, qui n'enjantez point; poussez des cris de joie, vous qui ne devenez point mère, parce que celle qui étoit délaissée a plus d'enfants que celle qui a un mari.* Car l'Eglise, qui étoit stérile, a eu en effet un plus grand nombre d'enfants que la Synagoge, qui avoit passé jusqu'alors pour être féconde. Le même saint dit encore que le sel dont se servit Elisee pour rendre saines les eaux de cette fontaine, nous figurait les Apôtres, puisque Jésus-Christ a dit qu'ils étoient le sel de la terre. Si donc, ajoute ce Père, les Apôtres ont été comparés au sel, nous voyons en eux l'ac-complissement et la vérité qui n'étoit qu'une figure du temps du prophète, c'est-à-dire, que de même que le sel qui fut répandu du vaisseau de terre dans les eaux de la fontaine de Jéricho, les rendit saines, ainsi les Apôtres, avant d'être envoyés par le Sauveur et répandus dans le monde, ont assaisonné comme un sel divin, et guéri les peuples d'une autre stérilité criminelle qui les empêchait de produire, ainsi qu'ils ont fait depuis, les vertus chrétiennes. (Sacy.)

crâ Philosophiâ videtur non difficile, quæ contra mortiferam vim, qualem aquæ istæ pessimæ videtur habuisse, dum injecto sale excessisse dicitur mors et sterilitas, (mors enim non tam à salsugine, quàm ab aliâ vitiosâ qualitate provenit) non exiguum usum videtur attulisse salis admixtio, quod ut aliâ putrida atque corrupta, et olentia graviter, sanat et corrigat. Sic etiam, si quod ejusmodi vitium aquis adhærere contingat, illud salis aspersio aut omnino tollit, aut reddit minus noxium et grave. Et addit iis, qui rerum naturas diligenter explorant, nullum remedium videri præstantius, ut expurgentur putei graviter olentes, aut pravo aliquo sapore infecti, quàm si in illos sal ad certam aliquam mensuram inficiatur. Quod si ita est, accommodatum fuit remedium à sale petium: et in eo tantum spectari potuit miraculum, quod sale modico aquæ juges, et ex imis terræ visceribus quò penetrare non potuit medicina, scaturientes, vim illam gravem et pestilentem depulerint.

An verò aquæ illæ à salsugine, vel ab aliâ aliâ proprietate fuerint infectæ, incertum est: ex loco autem, unde fons ille noxius erumpebat, sumi potest aliqua conjectura, ut putemus ex corruptione et qualitate fetenti et putri, provenire sterilitatem et morbum, non ex salsuginis vitio. Erat enim fons ille proximus mari Mortuo, cujus aqua crassior est, et magis amara quàm ut potari queat: quæ et gravem habet anhelitum, neque in vicinis locis quicquam sinit esse frugiferum. Est autem verisimile ex mari illo Mortuo per occultos meatus aquas in illius fontis caput derivari, quæ et corporibus tabem, et agris maciem et sterilitatem inducerent. Sed hoc mihi idèè est difficile, quia cum Jericho in superiori loco esset ex mari Mortuo, quod in valle est, ut constat ex Gen. c. 14 (ubi sæpè vallis appellatur Sylvestris), non potuit aqua accedivi cursu ad locum illum superiorem ascendere. Verius puto aquas illas Jerichontinas fuisse salsas, quod ex ipsius loci naturâ mihi persuasum, in quâ salis est plurimum, atque adeò salsuginosus est ager. Antequam vallem illam, ubi quinquæ fuere civitates, coeleste consummaret incendium, tantum ibi salis fuit, aut fossile, aut ex aquâ concretum salsâ, ut vallis appellaretur Salis, Gen. 14, v. 3, et mare Salsissimum; et sæpè audivimus vallem Salinarum, quæ non procul abest à mari Mortuo. Neque levis conjectura sumitur ex statu salis, in quam Gen. 14 conversa fuisse traditur uxor

Loth. Erat enim, opinor, ibi sal fossile, ex quo sicut alicubi in Hispaniâ quasi ex saxo duro simulacra finguntur. Ut ergo ibi, si quis fuit fons, illum salsissimum fuisse oportet, sic etiam si Jericho mons aliquis fuit ex salso lapide, salsas fuisse aquas necesse est. Adde quòd hoc vitium frequentissimum esse solet in aquis, ex quo ille fiunt nullâ ratione poculentæ, quales sunt marinæ, et terram omnino reddunt infœcundam. Quare jam inde ab antiquissimis temporibus ad nostrum usque seculum terra illa in alicujus sceleris ultionem conspergitur sale, quam esse sterilem optamus. Quòd autem, jubente Deo, sal fuerit ab Eliseo in fontem missum, probat effectus ipse, id est, aquarum sanitas, et verba quibus in lustralis aquæ benedictione utitur Ecclesia. Ait enim: « Exorciso te, creatura salis, per Deum qui te per Eliseum in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ. »

Sed quæret hic aliquis, cur si Jerichontinæ civitatis aquæ pessimæ fuerint, quæ hominibus tabem et agris sterilitatem inducerent, tam diu habitata fuit et regia sedes, et iterum tanto studio restaurata, quod sanè debuisset fieri non videbatur, si tam esset humanis rationibus et natura commodis inimica. Egit hæc de re Abul. g. 33 et 34, ubi cæ de re latissimè; ego sic puto occurri faciliè posse huic difficultati, primum, si dicamus Jerichontinus incolas, quod plures alii faciunt in terrâ promissionis, aquis uti ad potum non fontanis et jugibus, sed pluvialibus in cisternâ conclusis, neque regionem omnem esse sterilem, sed illam tantum, quam fons ille salsus aut corruptus irrigaret. Quare cum pinguis esset gleba, et ager non solum ad fruges, sed etiam ad delicias idoneus, et satis esset civibus ab aquâ collectitiâ provisum, nil mirum si tam esset antea libenter habitata, et postea tantâ aviditate è reditivo lapide constructa. Secundo non hic agi de omnibus aquis quibus ager abundabat Jerichontinus, neque de omni agro, sed de fonte, qui erat in certo quodam loco, in eo fortasse, ubi prophetarum filii suum sibi collegium excitârunt, cujus erant aquæ pestilentes et salsæ; et de agro quem ipsi colebant, quem aqua ex illo fonte diffusa reddebant infœcundum. Quòd si, qui hic dicuntur viri civitatis, discipuli fuerunt Elisei, res videtur minus difficilis. Quærere enim videntur prophetarum filii à parente suo Eliseo, quem Elise duplici spiritu cumulatum videbant, medicinam quâ sanetur aqua, quam habent suo

viciam domicilio, aut fructum capiant ex agro, quem sine ullo operæ pretio, assiduo colunt et molesto labore. Et hoc videri posset verisimilius; de suâ enim prophetarum filii, non de communi causâ laborasse videntur.

Libet hic adjicere, quod de hoc fonte Josephus refert lib. 5 de Bello, c. 4, in quo multa addit de suo potius cerebro, quod facit aliquando, quàm de sacro textu. « Hunc fontem, inquit, aliquando ferunt, non solum terræ atque lignorum fructus, sed etiam feminarum partus abortare solitum, cunctaque patriter morbo ac peste corrumpere: postea vero mansuvisse, contraque feracissimum et saluberrimum esse factum ab Eliseo quondam propheta. Receptus enim hospitiò à Jerichontinis habitatoribus, quòd humaniores expertus erat, ipsos et omnem illam regionem perpetuâ gratiâ remuneravit, et progressusque ad fontem, lagenam fictilem salis plenam in profluentem aquam misit; juxta deinde ad cœlum dexteram extendens, fontem immergens blanda libamina, ipsum quidem fontem precabatur, ut fluens leniret, et dulciores aquarum venas aperiret: Deum verò ut foecundioribus auris flumina temperaret, orabat, tamque uberem fructuum, quàm successione prolis daret indigenis, nec eis genitrix filiorum aqua deficeret, quoad justi manerent. Ad has preces ex disciplina manibus quoque multa operatus, fontem immutavit, et qui antea causa erat his orbitatis ac famis, idem victus et foecunditatis auctor est effectus. » Hæc Josephus, ubi vides quàm multa Scripturæ affingat, et ut opinor, etiam veritati. (1)

(1) Nonnullis interjectis, Josephus asserit Eliseum precatum esse fontem et cœlum ut mansuesceret et dulcesceret; nimirum voluit se accommodare Romanis gentilibus, qui superstitiosos fontes et cœlum precabantur, imò subinde ut numina adorabant.

Censet S. Ambrosius serm. 2 de Eliseo, cum Josepho, Eliseum non tantum terræ, sed et feminis sterilibus foecunditatem dedisse. « Non enim, hoc facto unum Eliseus sanavit hominem, aut unius domus præstitit medicinam, sed totius civitatis populum reparavit. Si enim tardius hoc fecisset, interveniente sterilitate, senescentibus cunctis civitas sine habitatore remansisset. Igitur Eliseus dum curavit aquam, curavit et plebem, et dum fontem benedixit aquarum, fontem quemdam indulcivit animarum. Nam sicut sanctificatione ejus, de occultis terræ venis aqua sana prodidit, ita de occultis vulvæ visceribus soboles sanæ processit. Non enim sola tantum fluenta benedixit Eliseus, quæ fontium jam gremio tenebantur, sed et illa quæ humido terræ solo

Quærit hic Abul. q. 35, cur Eliseus usus fuerit sale et vase novo, quod nulli antea ministerio servierat, ut aquas illas pestilentibus corrigeret; et respondet id eo consilio factum à prophetâ, ne quis suspicaretur maleficium aliquo aut arte dæmoniâ factum esse miraculum. Nam si certum aliquid vas, et sibi notum, et familiare ad illam fontis medicinam adhibuisset, crederet non nemo vas illud magicis veneficis imbutum, et in illo vim totam esse medicam, non in virtute, quam ipse accepisset à Domino, aut in ipso Domino, cuius ipse tunc nomine locutus est. Atque idè vas jubet sibi novum afferri, quod ipsi vellent, ne qua esset aut veterarii artificii, aut artis damnate suspicio. Deinde jubet ut fidem sal mittant in novum illud vas, ne aliquid ipse attulisse existimetur è suo, in quo lateret aliquid magicum, cui aquarum sanitas esset attributa. Ex hoc Elisei sale, ut meditatur Abulens. q. 37, et Guillelmus Durand. de Ratione divinarum offic. lib. 4, c. 4, sumpsit Ecclesia sal, quod in aqua lustrali benedictione benedicit et miscet, in quo salis meminit quod ad sanandas aquas Eliseus adhibuit. Abulensis putat non effudisse prophetam salem è vase, sed vas cum sale in caput fontis projectum fuisse; quod sumpsit ex Josepho, cuius nos proxime verba retulimus, sed propior est textus in eam explanationem, quæ salem tantum aquis putat

adhuç indiscreta, paulatim erant in posterum c deluxura. Beda in Quæst. per sal accepit sapientiam Christi: Eliseus enim fuit typos Christi, tam factis quam nomine proprio, Eliseus enim Heb. idem est quod *salus Dei*, vel *Deus Salvator*. Ita ex Bedâ Euch. et Angelom.: Eliseus, inquit, vasi indidit sal, illudque in aquam immittens, itaque eam sanans et fecundans, significabat quod omnes aquæ, id est, omnes populi, antea virtutibus steriles, per Christi incarnationem, fecunditatem et benedictionem accepturi essent. Hinc in nomine *Elisa*, id est, *Eliseus*, continetur nomen Jesu: *Elisa*, enim idem est quod *El lena*, id est, *Deus*, vel *potens* (omnipotens) *Jesus*. Paulo aliter S. Aug. lib. contra Fulgentium Donatistam, non longè ante finem per fontem Elisei accepit Jordanem, in quo baptizatus Christus aquas baptismi salutaris effecit. Eliseus, ait, est Christus Salvator, qui aquarum sterilitatem, id est, gentium infecunditatem discendit morte sanavit. Accepit vas licelle, hoc est, corpus fragilitatis humanae. Sal misit, id est, sapientiam divinam replevit; in agrum projecit, hoc est, in Jordanem descendit; aquas suo descensu sanavit, id est, gentes suo adventu redemit, et maritante sermone, Ecclesiam ex gentibus congregavit, et in cætos uberes longè lateque diffudit.

(Corn. à Lap.)

infusum. Egressus, inquit, ad fontem aquarum, misit in illum (fontem) sal. Et ex eo tempore sanate sunt aquæ, in quibus postea nunquam apparuit vis illa prior noxia, quæ terram reddebat infecundam, imò, ut dicebat Josephus, feminarum vulvam et morbis humana corpora debilitabat assiduis. Quod de feminarum sterilitate dixit Josephus, dixit quoque Ambr. serm. 2 de Eliseo: « Videte, inquit, Elisei quanta sint merita, cujus prima in civitate hospitalitas, filiorum est magna fecunditas. « Dùm enim sterilitatem avertit aquarum, successione largitur hærethum. »

In hoc vase novo, et ab omni contagione puro, in quo sal continetur, quod aquam sanat, quæ campos urit et facit steriles, et corpora ægritudine penè familiari tentat atque contaminat, spectare videor, apostolici viri accommodatum symbolum et vivum exemplar, cujus est munus sanare aquas, non tam agris atque corporibus, sed animabus graves; mores, dico, pravos atque corruptos, qui non aliter serpunt, et libero labuntur influxu, quam aquæ in declivi loco, quas nullus ager cohibet, nulla motes opposita retardat. Hoc vas esse debet aut novum, quod nulla contaminavit impuritas, aut si quando scelorum imbutum sordibus, ita post hæc mundatum diligenter, ut nullus sit reliquus superioris labis aut sapor aut odor; qui clamare quotidie debet, nisi malit suum laborem esse, à fructu atque mercede vacuum, Davidicum illud Psal. 50: *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis*. Post quæ verba illud addere legitime ac sine pudore poterit: *Domine, labia mea aperies*; quod idem est atque apostolicum obire ministerium.

Vers. 25. — ASCENDIT AUTEM INDE IN BETHEL. Sicut Elias cùm discessurus esset, discipulorum suorum conventus iustravit, Jericho videlicet et Bethel, ut vidimus nuper, sic etiam eadem iustrare collegia voluit Eliseus, tum ut suo conspectu solaretur dolorem, quem filii de parentis Eliæ protectione conceperant; tum etiam, ut doceret, licet Elias èt esset ablatas unde non esset iterum reversurus, non tamen defuturum qui in ejus locum et curam succederet. Cùm igitur venisset primum Jericho, quæ propior erat Jordani fluvio, quem Eliæ proxime pallio diviserat, statim profectus est in Bethel, ut suam de illius conventus institutione sollicitudinem ostenderet, et in susceptâ vivendi ratione confirmaret.

CUMQUE ASCENDERET PER VIAM, PUERI PARVI (4)

EGRESSI SUNT DE CIVITATE, ET ILLUDEBANT EI, DICENTES: ASCENDE, CALVE. Erat Bethel aurei vituli præcipuum, et, si quod aliud, admodum illustre sacrarium. Quare civitas illa, ut impiis sacrificiis, sic etiam plurimis abudabat idololatriis, qui veram religionem aut contemebant, quasi aliquid foret vanum et nugatorium, aut certè de illâ, aliis jam sacris occupati ac dediti, non curabant. Hinc fiebat ut libere insultarent his qui alienam profitebantur religionem, eosque conviciis inverecondè conciderent, et illos maxime, quos impensibiles videbant pietati servire. Quorum è numero Eliseus erat, et qui eandem cum Eliseo vivendi formam, et amplexi studiosè fuerant, et externo profitebantur cultu. Cùm ergo id ferat natura rerum, ut filii parentum expriment mores, et ea sapient, factique plerumque, quæ parentibus vident esse familiaria, quæque frequenter in oculis incurrit, fiebat ut filii paternos mores imitati, talia in viros sanctos maledicta conferrent, qualla videbant intorqueri à parentum infensâ atque proceri linguâ; imò, ut communis est interpretum Patrumque sententia, emissâ fuit à patribus puerilis illa turba, ut prophetæ quem suis studiis norant esse contrarium, insultarent audaciùs, aut certè illo-

(1) Vocantur hi pueri parvi, quia non erant adolescentes, sed pueri novem vel decem annorum, idèoque doli et culpæ capaces, ut patet, tum ex ipsâ petulantia et maledictâ irrisione, tum ex ejus acerrimâ punitione.

Alleg. Judæi Christo à se depilato, et coronâ spineâ coronato illuserunt, dicentes: *Ascende in crucem*. Unde S. Bern. serm. 4 ad milites templi, c. 4, ait: *Ascendit itaque crucem Calvus noster, mundo pro mundo expositus; et revelat facie ac discooperat fronte purgationem peccatorum faciens, probrorum et austeritæ mortis tum non erubuit ignominiam, quàm nec ponam exhorruit, ut nos ab opprobrio sempiterno eriperet, restitueret gloria. Nec mirum; quid enim erubesceret, qui cita lavit nos à peccatis, non quidem ut aquâ diluens, et retinens sordes, sed veluti solis radiis desiccans et retinens puritatem? Est quippe Dei sapientia ubique attingens proper munditiam suam.*

